

## GREGORIUS DUODECIMUS.

563

GREGORIUS DUODECIMUS PONT. CIVIL

ANNO DOMINI MCCCCXVII.

*et locutus corrigatur. Item si quis crimen mortale commisit, talis consilio majoris partis fratrum professorum fraternitatis illius loci, secundum exigentiam capite & conditionem personae, grauius, vel leuius punietur, sic tamen quod sit ceteris in exemplum. Quam punitionem si facete recusaverit, de consilio discretorum de isto ordine expellatur. Circa vero sororum correctionem illud idem volumus per omnia obseruari.*

C A P. X X.

In quolibet autem mense, semel certa die & hora per supradictum Magistrum, vel vicarium deputandis, ad Ecclesiam fratrum Predicatorum conueniant fratres omnes Ordinis fraternitatis, Dei verbum & etiam Missam, si hora competens fuerit, pariter audituri, & tunc per ipsum Magistrum ipsis legatur regula ista, & exponatur, & tunc de agendis fratres informet, & negligentes corrigat, & emendet, prope secundum Deum, & istam vivendi formulam viderit expedire. In cuiuslibet etiam mensis prima sexta feria, sorores ad Ecclesiam Prædicatorum conueniant, similiter Dei verbum & Missam auditare communiter, quibus etiam legatur regula ista, & exponatur, de suisque excessibus corrigantur per Magistrum deputatum eisdem. Volumus autem, quod in qualibet Civitate & Castro ubi fuerint fratres huiusmodi, habeant in Magistrum & directorem aliquem idoneum fratrem sacerdotem de Ordine Prædicatorum, quem postulaverint a generali Magistro, vel Provinciali illius prouincia dicitur Ordinis Prædicatorum, aut quem ipsi generalis Magister, siue Provincialis per se vel alium eisdem concedere, & assignare decreuerit. Volentes insuper, & statuentes, univ ersos fratres & sorores huiusmodi de penitentia Sancti Dominici, ubique exstant, directioni, & correctioni ipsius generalis Magistri Ordinis antedicti, & Prioris provincialis illius prouincie ejusdem Ordinis, pro corundem ampliori conservatione & promotione, totaliter subjacere, quantum ad illa videlicet que corundem viuendi modum & formulam concernere dignoscuntur.

C A P. X X I.

Prior fraternitatis cum fratribus suis, & Prioriss cum sororibus suis, Magister autem & director eis deputati, cum utrifice, in abstinentiis & austerioribus aliis, in supradictis Capitulis contentis, ex causa legitima, & rationabili, cum expedite viderint, poterunt dispensare.

C A P. X X I I.

Demum quemadmodum in constitutionibus Ordinis fratrum Prædicatorum continetur, ita volumus & ordinamus, quod in ista regula seu viuendi formula habeatur, quod præter divina & Ecclesiæ præcepta atque statuta in ea contenta, in reliquo huiusmodi Regulæ constitutionibus, siue ordinationibus fratres & sorores ad culparum nullatenus obligentur, sed solum ad penam, que cum à Prælato vel Magistro contingat ex quavis transgressione imponi, per transgressorum humiliter & prompte suscipiantur, & similiter opera perficiantur, cooperante gratia Domini & Redemptoris nostri Iesu Christi. Qui cum Parce & Spiritu sancto vinit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

§. 3. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis, communionis, voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se nouerit incursum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sexto Kalend. Iulii, Pontificatus nostri anno primo.



Gregorius XII. Venetus, Angelus Corarius antea vocatus, Presbyter Cardinalis tituli S. Marii Cremonensis Romæ pridie kalend. Decemb. anno 1406. Coronatus Nonis Decemb. eodem anno. Sedit annos 8. mensis 7. dies 5. creavit Cardinales quatuordecim, spose habuit pro bono pacis, schismateque tollendo, 4. Nonas Iulii, postea creatus est Episcopus Cardinalis Tuscolanus, & Collegii Decanus. Obiit Recinati anno 1417. Corpus ejus in Cathedrali Recinatensi sepultum.

Institutio Canonorum & clericorum seculorum in Ecclesia S. Georgii in Alga Venetiarum, Castellanensis diocesis.

I.

Hinc emanavit Congregatio, que Canonorum seculorum appellatur, & regulam S. Augustini proficitur, & eis variis decoratis privilegiis, ut inf. in Eugen. I V. const. 24. Quanquam ac Pij V. const. 92. Ex incumbentis. Precedit om ibus Regularibus, ut in d. Pij V. const. 127. Cum alias: uti sit habitu cerulei coloris, ut inf. in Clem. VIII. const. 90. Qua ad.

GR E G O R I V S E P I S C O P V S, Edita ad Servus Servorum Dei: Ad futuram rei memoriam.

L 15, que pro divini cultus augmentatione auctoritate Apostolica processerunt, ut illibata persistant, libenter cum à nobis petitur, Apostolica confirmationis adjiciuntur firmatatem.

§. 1. Sane petitio dilectorum filiorum Ludovici Prioris & Capituli secularis, & collegiarum Ecclesie S. Georgii in Alga, Castellanensis diocesis, nobis exhibita continebat, quod olim venerabilis frater noster Angelus Episcopus Kilianensis auctoritate quorundam literarum fel. record. Bonificii Papæ Noni prædecessoris nostri, eandem Ecclesiam, que tunc monasterium ordinis sancti Augustini erat, necnon per Priorum regi consueverat, in Collegiam exerat, & in ea Priorum & Canonicos seculares Capitulum facientes, necnon quosdam alios etiam Clericos seculares in perpetuos Vicarios, seu beneficiatos, in

C c a eadem

eadem Ecclesia fratres & neophytes duabus modis tenuerunt  
etiam & aliorum eorum predicatus Episcopus in praemissa  
& circa ea ordinavit excommunicationis admodum  
innodavit, i. quia huiusmodi est oratione huius abrogationis  
nequecumque oportet, etiam & alter impugnatores  
Episcopatus quoque quodammodo, ut si sicut vel regulare  
pro fidei & moralitate, per suorum alia cetera hoc  
fecit, sicut quod ordinavit, propter eadem publico in  
instrumento suis conf. &c. precepit Episcopi si gillo mu  
tueretur & de rebus & eam presentibus  
debet & possit & potest.

*Cavendum  
si confitent  
supplicatio  
Papa prae  
firmatis ne  
conseruatur  
in d. infra  
mento.  
Qui ea con  
firma, rec  
cata excom  
municacione  
contra impug  
natores.*

§. 4. Quia pro parte ipsius Episcopi Capitulo  
obis fuit humiliiter supplicatio, & institu  
tum praedicti & aliis in spiritu & intentis  
suum. Apostolice communione & speciali  
gratia dignaruntur.

§. 3. Nos itaque huiusmodi supplicationis & in  
nati ecclesiensem & institutum non praedicas, nec in alia  
in ipso instrumento contexit, & que cumque inde sequuta  
sunt infra scripta modificatione rata habentes & grata,  
auctoritate Apostolica ex terra scilicet confirmamus, &  
presentis scripti patrem in committimus, supplentes  
omnes defectus, si qui interuenient in eisdem. Videlicet  
minus huiusmodi annulam in eisdem instrumento con  
tentam, siue articulo excommunicacionis eiusdem contra  
tra impugnatos ipsos, in primum locum, auctoritate  
praedicta duxerat cassamus, ac voluntate nostra restituere  
firmitatis. Menor verò praedicti instrumenti pars est.

§. 4. Angelus Dei, & Apostolice Sedis gratia Episco  
pus Kislaensis, Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D.  
Bonifacii diuina providentia PP. Non ad infra scripta  
specialiter delegatus, universis, & singulis praesentibus no  
stris literas inspectus, & quos infra scriptum tangit ne  
gotium, seu tangere poterit quonodoliber in futurum,  
salutem in Domino sempiternam.

§. 5. Cum deceat maximè in Ecclesiasticis ministeriis  
docere, cuius auctoritate quisque ministret, Universitatibus  
vestre, necnon & vestrum singulis tenore praesentium  
intimamus, quod venerabilis & religiosus vir Dominus S.  
Georgii in Alga, Ordinis S. Augustini de Venetiis, Ca  
stellanensis Dictecessis, die 22. mensis Septembri proximè  
decursi, nobis quafdam literas Apostolicas, cum earum  
vera bullia plumbea ad cordulam canapis, more Roma  
nae Curia, non vitiatas, non cancellatas, non abrasas,  
nec in aliqua sui parte suspeccias, sed omni prorsus vi  
tio, & suspicione careres praesentavit (licet alias ejus par  
te nobis praesentare fecerit) petens humiliiter, & deuote  
quatenus ipse literas executioni mittere dignaruntur,  
quod nobis per ipsas Apostolicas literas mandabatur;  
quarum literarum tenor per omnia sequitur, & est talis.

§. 6. Bonifacius Episc. seruus seruorum Dei, Venerabi  
li Angelo Episcopo Kislaensis in loco de Venetiis  
Castellanensis dicte, commoranti, salutem & Apostoli  
cam benedictionem.

§. 7. Ad Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium  
statum salubriter dirigendum, juxta pastoralis officii de  
bitum intendentes, ad reformationem illorum qua de  
formata tentimus, partes Apostolicae sollicitudinis adhi  
bemus. S. ne petitio pro parte dilecti filii Ludouici Prioris  
Monasterii S. Georgii in Alga per Priorum solum ga  
bernari, Ordinis S. Augustini, Castellanensis dictecessis,  
nobis super exhibita continebat, quod Monasterii pre  
dictum, in quo ab olim laudabiliter viguit obseruantia  
regularis, & ejus instituta regularia fuerunt per Sedem  
Apostolicam approbata, à longis retroactis temporibus  
exitit, prout existit huiusmodi regulari observantia de  
stitutum, ac in spiritualibus, & divinis officiis ibidē pe  
ragendis multipliciter deformatum. Quare pro parte di  
cli Prioris, qui ut afferit, ad reformationem ipsius Mo  
nasterii feruentis anhelat, nobis fui humiliiter supplica  
tum, ut in praemissa de opportuno remedio providere de  
benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmo  
di supplicationibus inclinati, fraternitati tuae, de qua in  
his & aliis speciale in Domino fiduciam obtinemus,  
per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quan  
tenus ad Monasterium praefatum personaliter accedens,

& habebis pro oculis solum Deum super praemissa, eq  
tique circumstantia, vñversus, auctoritate nostra te  
ligenter informes, & huiusmodi informatione per te sic  
recepta, ipsum Monasterium, & quicquid in eo correccio  
nis, seu reformationis ministerio cognoveris indigere,  
tam in capite, quam in membris, eadem auctoritate hac  
vice corrigas, & reformatas, ac statutas, & institutas in per  
petuum, vel ad certum tempus, augmentando, dimi  
nuendo, seu mutando praefati Monasterii statum, statutas,  
constitutiones, & alia etiam pro diuinis officiis huius  
modi peragendis rationabilis, & salubria in ipso Mo  
nasterio observanda, ordines, & disponas, ac omnia alia  
qua Episcopus Castellanensis existens pro tempore cum  
dilectis filiis, Capitulo Castellanensi circa praefatum Mo  
nasterium facere posser, seu quonodoliber exercere, fa  
cias & exerceras, prout secundum Deum pro utilitate di  
cti Monasterii, & personarum in illo degentium anima  
rum saluti tibi videbitur expedire. Ac nihilominus per  
te sic facienda, ordinanda, disponenda, instituenda, &  
statuenda, facias auctoritate praedicta inviolabiliter ob  
servati. Contradictores per censoriam Ecclesiasticam  
appellatione postposita compescendo. Non obstantibus  
constitutionibus Apostolicis, necnon statutis, & consue  
tudinibus Monasterii, & Ordinis praedictorum, ac aliis  
contrariis quibuscumque, seu si aliquibus communiter  
vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum quod inter  
dicisti, suspendi, vel excommunicari non possint, per li  
teras Apostolicas non facientes plenam, & expressam  
ac de verbo ad verbum de induito huiusmodi mentio  
nem. Datum Romæ apud S. Petrum, Idibus Martii  
Pontificatus nostri Anno quinto decimo.

§. 8. Nos igitur cupientes omnibus Apostolicis sem  
per patere mandatis, praedictas Apostolicas literas, licet  
alias receperimus, iterum receperimus reverenter, & com  
municato consilio sive psepius cum dicto D. Priori, aliis  
que quampluribus venerabilibus viris Ecclesiasticis,  
morum gravitate & scientia, necnon & experientia de  
coratis, tractatus, & consiliis multis precedentibus,  
ac ipsis Domini Prioris, apud quem solum ad praesens  
totum ius Capituli, & Conventus dictorum Monasterii,  
& Ecclesiae pertinere dignoscitur, accedente consensu  
& deuota precun, instantia, solum Deum pro oculis ha  
bentes, pro perpetua reformatione dictorum Monasterii,  
& Ecclesiae, ad dictum Monasterium personaliter acce  
simus, & cum informatione præhabita, non inuenierimus  
in dicto Monasterio, nisi D. Ludovicum Priorum, &  
fratrem Honoratum de Venetiis, & fratrem Ludovicum  
de Florentia fratres conversos tacite professos, nul  
lumque alium religiosum repeterimus in dicto Mo  
nasterio, sed & ipsum inuenierimus omni bona religione, &  
obseruantia regulari desistitum, nec spem aliquam ha  
beremus reformationis ipsius Monasterii per religiosos  
Ordinis in dicto Monasterio consueti, cum in tam paruo  
numero reperiantur, ut propterea Monasteris in quibus  
debet deservire minime valeat, nec etiam in ipsis Mo  
nasteriis vigeat obseruantia regularis, consideratisque  
difficultatibus, & mature ac diligenter examinatis, cum  
D. Prior, & aliis Venerabilibus viris, & peritis, difficil  
lium, & longissimum, ac quasi impossibile reputavi  
mus, ad reperiendum fratres, seu religiosos alterius  
Ordinis & Religionis, per quos dictum Monasterium  
posset in bona & regulari obseruantia reformari.

§. 9. Quapropter scientes Venerabiles viros D. Mar  
tinum Quirinum, & socios ejus clericos seculares, qui  
ad praesens moram trahunt in supradicto Monasterio,  
imaginatu virtutum & morum esse gravitate decoratos, ac  
in eisdem clericalem honestatem adeo enitentem, ut vita  
iporum odore status Ecclesiasticus mirabiliter venuste  
tur, & dictorum exemplo ad disciplinam Ecclesiasticam  
& mundi contemptum quamplurimum attrahantur, sic  
que habemus exemplare, certum & clarum reformatio  
nis praedicti Monasterii modum de personis nobis plen  
sime cognitis, necnon & Clero & populo Civitatis hu  
ijs habentes, vias incertas, & personas incognitas, ac  
ut supra diximus difficultates quamplurimas declinan  
tes, de consilio plurium venerabilium, & approbato  
rum virorum, ac etiam de consensu antedicti D. Prioris,  
auctoritate

*In quibus ip  
so Bonifacius  
Reformatio  
nem a Mon  
sterio dicto  
Episcopo con  
stituta.*

**Auctoritate** A postolica cassore presentium predicti Monasterii, Capituli & Ecclesiae statum antiquum presentiarum mutamus, transferentes in nouum statum Collegiate Ecclesiae secularis, Canonicorum secularium Clericorum simul conviventium, conuscentium, comorandium, & Deum collaudantium, officiis nocturnis pariter & diuturnis, ac ab Hoc venerabiles viros, videlicet DD. Antonium Ceratii, Gabrialem Condolmetri, Stephanum Mauraceno, Franciscum Barbo de Venetiis, Marchium de Strada de Papia, Romanum de Roduillo de Medioplano, Lucamque Philippi de Este Sacerdotes, & Dominicos Marinum Quirino, Michaëlem Condolmetri, Laurentium Iustinianum de Venetiis, Joannem de Pisinaris, Simonem de Persicis de Cremona, Hieronymum de Mulfis de Papia Diaconos, ac atiam DD. Augustinum de Gaftaldis de Papia, Angelum Serdonum de Culcitris, Marcum Coddulmetri, Dominicum Mauraceno de Venetiis Subdiaconos, coram nobis euocatos, & flexis genibus constitutos, eadem auctoritate recepiimus in Canonicos & fratres dictae Ecclesiae seu loci S. Georgii in Alga, & ipsos omnes & singulos instituimus, & presentiarum inuestimus cum omni plenitudine juris canonici per annum nostrum.

§. 10. Statuentes ipsos Canonicos, & ipsorum successores, per eosdem canonice recipiendos, & instituendos de cetero constituere Collegium, & Capitulum dictae Ecclesiae sue loci, in quod Collegium omnia jura spiritualia, & temporalia, neonon & curam animarum, Prioratum, & quaecunque aliam praesidentiam, & dignitatem tam in spiritualibus quam in temporalibus, circa res & personas spectantes Monasterio, Ecclesiae, Capitulo & Conuentui prelibatis, presentialiter transferimus pleno jure.

§. 11. Inducentes omnes & singulos Canonicos secularis supradictos in corporalem possessionem, vel quasi dictorum Canoniciatum secularium, per taetum majoris altaris dictae Ecclesiae S. Georgii, stallo in Choro, & loco in Capitulo sibi assignatis, ipsorum propriis nominibus, & omnium aliorum presentialiter absentium, referuato tamen semper prefato venerabili viro D. Ludouico Priori dumtaxat titulo ipsius Prioratus, ita ut cura seu regimine dictorum Canoniciorum, & aliorum Clericorum conversorum, oblatorum, & aliorum cuiuscumque conditionis laicorum in dicto loco morantium, se nullatenus valeat impedire, ac etiam pro honesto viatu referata sibi tercia parte omnium reddituum, fructuum, & prouentuum dictae Ecclesiae, sue loci, defalcat, & deducetis expensis faciendis pro recolligendis & conducendis fructibus Venetas, & omnibus aliis expensis, quae facienda erunt extra corpus dictae Ecclesiae, sue loci. Expensas autem circa locum sue Ecclesiam opportunas fieri volumus sumptibus dictorum Canoniciorum, qui presentialiter sunt, sue pro tempore erunt, nulla detractione, seu defalcatione facienda de dictis tertia parte dicti D. Prioris, cui ipsa tercia pars integrè assignetur proxima, viatu, vestitu, & aliis necessariis & opportunitis, & pro libito dispensanda. Et ne alicui, quod ablit, dicta divisio sit suspecta, volumus quod per supradicti D. Ludovicum Priorem & Vicarium secularis, seu Rectorem cu Capitulo, constituantur unus vel duo syndici de prefato Capitulo, qui exigant, & recipient omnes fructus, redditus & prouentus dicti loci, & partes faciant, & dividant, denique tertiam partem D. Ludouico Priori, & medicamentum regaliu, & alias duas designent Vicario, seu Rectori, & Capitulo dispensandas, prout ipsius Collegii requirent necessitas. Volentes quod quicquid circa postulationes ipsius loci extra corpus dictae Ecclesiae, sue loci fuerit tractandum, modificandum, & innovandum, absque ipsius D. Ludouici Prioris consensu fieri nequeat.

§. 12. Cum autem dictus D. Ludouicus Prior suo assensu ad aliud beneficium fuerit translatus, sue religionem mutauerit, vel vita functus fuerit, ac etiam si ipsum Prioratum vacare contigerit per spontaneam renunciationem dicti D. Ludouici Prioris, vel alio quovis modo, ex nunc, prout ex tunc, Prioratum regularem annullamus, & infringimus, & auctoritate predicta statuimus, nullum Priorum fore, & in Prioratus Canoniciorum secularium

electorum dignitatem transferimus & innotamus.

§. 13. Statuentes ut dicti Canonici vocem habentes in Capitulo prefato, vnam de leprosa Collegeo Sacerdotem virum probatae prudenter, & adiuti regimini, quibusque D. Ludouicus Prior in dignitate permanferit Prioratus, sibi Vicarium, deduces vero Priorum secularium, suis Rectorem, amis singulis eligant, vel confidem, cujus Prioria secularia electione vim tribuimus & confirmamus.

§. 14. Statuentes ut quilibet Vicarius, & Prior secularis, suis Rectorem electus per maiorem partem dicti Capituli, sine alia solemnitate dictos Canonicos secularis secundum Deum statim regere & gubernare incipiat, & per annum continuum curam gerat, in spiritualibus & temporalibus, & tam de rebus quam de personis & omni potestate & auctoritate ordinaria quam habent Priores perpetui in locis regularibus sive secularibus.

§. 15. Completes vero anno talis Vicarius & Prior secularis suis Rectorem, ipso jure sit solitus officio, & alius per Capitulum eligatur modo supradicto, nisi praeteritus denuo conseretur.

§. 16. Institutionem autem, & destitutionem Canonorum huiusmodi ad ipsum Vicarium, & Priorum executarem, suis Rectorem, & Capitulum volumus pertinere.

§. 17. Verum nullus in canonicum assumi valeat, nisi ad decimum octauum statis sue peruererit, & annum continuum in eorum probatus fuerit congregatio, & a majori parte Capituli electus.

§. 18. Prabendas siquidem nolumus esse distinctas, sed volumus & districte praecipiendo mandamus, omnes redditus & prouentus esse communes, & per Vicarios, Priores seu Rectores secularis huiusmodi, qui per tempora erunt, taliter ordinentur, quod omnibus detur quod uniuicem opus esse judicabitur.

§. 19. In uno autem dormiant dormitio, ac in uno comedant Refectorio, & sic continuè sint presentes & residentes, nisi fuerint licita & honesta causa absentati, & cum licentia Vicarii, Rectori, & Prioris secularis praediti.

§. 20. Absentes vero extra locum, sine licentia Vicarii, seu Prioris vel Rectoris secularis, nisi penituerint infra mensem, satisfactione condigna, ad Vicarii, Prioris, seu Rectoris & Capituli praedictorum arbitrium priari valeant Canonici & licentia.

§. 21. Vestes quoque eorum, secundum quod jus disponit deferat, nec nimia longitudine, aut breuitate no-

tentur, ut merito dici valent temporalium contemptores.

§. 22. Numerum autem Canonici taxatum, seu certificatum esse nolumus.

§. 23. Si quis vero Canonicorum, quod absit, propria bona habere voluerit, nisi post trinam admonitionem se correxerit, & ea libenter voluerit, ut decens est, esse communia ad arbitrium Vicarii, Prioris, seu Rectoris, & Capituli praedictorum, Canonici privati valeat, & extra locum licentia.

§. 24. Porro officium divinum secundum ritum Romanæ Curie horis congruis collegialiter persoluatur.

§. 25. Ne vero cultus divinus impediatur, pro ministerio mensarum, & aliorum operum manualium, volumus & auctoritate predicta potestatem tradimus praedicto Vicario, Priori, seu Rectori seculari praedicto, ut ipse cum Capitulo suo possit recipere laicos Deo dicatos, & conversos, & oblatos, nullatenus vxoratos, volentes vivere in communione proprio, quos gaudere volumus priuilegiis conversorum, dummodo in decimo octauo sint anno constituti, qui recepti honeste, & decenter induantur. Conversi autem tacite professi existentes in loco supradicto, videlicet frater Honoratus, & frater Ludovicus, si secundum Deum vivere volunt, de bonis ipsius loci, & Ecclesie nutriantur, viuantque una cum D. Ludovico Prior secundum regulam sue professionis, in quantum eis erit possibile, & humana fragilitas vivere finet. Qui quidem Prior deinceps in predicto Monasterio ad suæ professionem regulæ quemquam assumere non valeat.

§. 26. Si vero inter predictos Canonicos, aut conversos, seu laicos Deo dicatos, aut oblatos, fuerit aliquis

perditionis, seu iniquitatis filios, & commonitus, quod absque emendare noluerit, ad arbitrium Vicarii, Prioris, seu Rechoris, & Capituli predicatorum, canonicatu priuari posse, & de loco expelli.

*Ali a statuta  
d. Monasterij  
reversa.*

*Priori & Ca-*  
*pitulo audito-*  
*rum offici-  
tiorum non  
possint novas sibi constitutiones, seu statuta condere,*

*obligantes ad  
rectum pe-  
nitentiæ mortalis  
edendi tri-  
buti.*

*§. 17. Constitutio[n]es autem alias, siue statuta, ultra  
predicta, in quantum spectant, & spectare possint ad  
predicam Ecclesiastam, siue locum, auctoritate predica-  
te revocamus, annullamus, infringimus, & irritamus, &  
pro irritatis, revocatis, & annullatis habeti volumus  
& mandamus.*

*§. 18. Predicatis vero Vicario, Priori seculari, siue Re-  
chori, cum suo Capitulo plenam dantes auctoritatem, ut  
possint novas sibi constitutiones, seu statuta condere,  
corrigerem, addere, vel minuere, prout eis secundum Deum  
videbitur, quotiescumque voluerit, & quemcumque alia  
ordinandi, que ipsa utilia vijs fuerint, & opportua, ad  
augmentum divini cultus, & clericalis honestatis, & pro  
observatione huiusmodi reformationis, institutionum,  
& statutorum. Quæ omnia & singula approbamus, &  
volumus esse perpetua. Addentes, ut non obligent ad  
culpam aliquam mortalem, aut veniale, sed tantum  
modo per Vicarium, Priorem, seu Rechorem seculariem  
predicatum, delinquentibus poenitentia imponatur.*

*§. 19. Et si quid in contrarium à quoquam fuerit at-  
tentatum quavis auctoritate, ex p[ro]m[iss]a p[ro]t[er] ex tunc sta-  
tuimus, & dicta auctoritate Apostolica decernimus ipso  
facto irritum, & inane.*

*§. 20. Impugnatores autem huiusmodi excommunicati  
vinculo innodantes, à quo nisi eadem auctoritate  
Apostolica munus absolutionis nequeat obtinere, etiam  
si tales impugnatores Episcopali, vel quamcumque alia  
Ecclesiastica, vel seculari prefulgeant dignitate; reser-  
vata nobis usque ad annum à data p[re]s[ent]i computan-  
dum, addendi, minuendi, corrigendi, mutandi, reformati-  
oni, in omnibus, & singulis præmissorum, prout nobis vi-  
debitur secundum Deum, nihilominus potestate. In quo-  
rum omnium testimonium præsentis fieri jussimus, no-  
strisque Pontificis sigilli munimine roborari. Datum, &  
actum Venetiarum in loco supradicti S. Georgii in Alga  
Castellanensis diœcesis, Anno Nativitatis Domini 1404.  
Indictione duodecima, die Iovis trigesimo mensis Octo-  
bris. Præsentibus Vener. viro Domino Presbytero Joanne  
de Puteo, Archidiacono, & Diacono Ecclesie Nigropo-  
tentis, D. Petro Mauraceno filio q. D. Marini, Canoni-  
co Ecclesie Taurisiniæ, nobis vero D. Alberto Dente q.  
D. Andreæ de Parochia S. Juliani, D. Bartholomæo Faba  
filio q. D. Donati de Parochia S. Vitalis, & aliis testibus  
ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis. Pontificatus  
Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Jnnocentii di-  
vina prouidentia elekti Papæ Septimi, Anno primo.*

*§. 21. Ego Luchinus Bono filius q. D. Marci, Civis &  
habitor Venetiarum, Apostolica, & Imperiali auctorita-  
tate notarius publicus, prædictarum literarum Apostoli-  
carum præsentationi, & ipsarum executioni, seu ipsius  
D. Executoris & Commissarii Apostolici dispositioni,  
modificationi, mutationi Prioratus predicti, & nouæ re-  
formationi ipsius loci S. Georgii in Alga, & omnibus  
aliis & singulis supradictis, vna cū supradictis testibus  
præsens fui, & sic fieri vidi, & audiui, eaque rogatus de  
mandato prælibati D. Commissarii, & executoris Apo-  
stolici, scripsi, & in hac publicam formam redigi,  
signoque meo, & nomine solitis me subscripsi, in fidem  
& testimonium præmissorum omnium, & singulorum.  
Nulli ergo omnino hominum, &c. Si quis, &c.*

*Datum Romæ apud Sanctum Petrum, quinto Kalen-  
das Iulii, Pontificatus nostri anno primo.*

**II.** *Institutio Congregationis Canonicorum Re-  
gularium S. Salvatoris, Ordinis S. Augustini,  
cum habitus præfinitione, & privilegiorum  
elargitione.*

*Hos Canonicos, verè canonicos regulares esse, decla-  
ravit Cal. iij. inf. in sua conf. 2. Sacre, & Iul. ij.  
in sua conf. 30. Inser caseros. Eorumque Congre-*

*gationi multiplex concessio gratiarum idem Iuh ibidem:  
Prope circa ejus regumen nonnulla statuerant  
Pius v. Greg. xiiij. & Sixt. v. in d. Sixt. conf. 98.*

*Ex variatione.*

*G R E G O R I U S E P I S C O P U S, e[st] d[icitu]r  
Servus Servorum Dei: Ad futuram rei memoriam.*

*E*xcit nos tristis mentis arcanum specialis & affectu-  
la dilectionis, qua domum Prioratus S. Salvatoris de  
Silualacus ad Romanam Ecclesiastam nullo medio perti-  
nentem Ordinis S. Augustini, Senensis Diœcesis, sumus  
haec tenus prosecuti, & paterno prosequi studio non ces-  
sumus, ut circa statum ejus extante considerationis in-  
tuuit dirigentes, opem impudentes & opera, ut illa  
in Dei laudem, & glorijs monachum in suis bonis, &  
juribus conseruet, sed etiam prosperis jugiter gratu-  
letur euentibus, & votis fauente Domino in spiritua-  
libus, & temporalibus successibus augeatur.

*§. 1. Hinc est quod nos motu proprio, non ad dilec-  
torum filiorum fratrum dictæ domus que haec tenus Ordini-  
nis fratrum Eremitarum dicti S. Augustini extitit, vel ali-  
cuius alterius pro ipsis nobis super hoc oblate petiti-  
onis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ex certa  
scientia eandem domum in prioratum Conuentualem  
auctoritate Apostolica erigimus, per Priorem sub cōdi-  
tione & modo infra scriptis perpetuò gubernandam.*

*§. 2. Volentes & eadem auctoritate statuentes, quod  
ipsi fratres actu in eadem domo residentes, eorumque  
successores qui erunt pro tempore, Canonici regulares,  
& secundum regularia instituta, huiusmodi Canonico-  
rum regularium deinceps vivere, & fratres S. Salvatoris  
nuncupari debeant, & quorum quilibet sub scapulari  
rochetum, superius autem cappam grisei coloris lan-  
mordentis ad instar capparum Conversorum Carthu-  
siensium Ordinis gestabit, qua quidem cappa ipsi fra-  
tres vrantur, cum eos exire contigerit septa Prioratus,  
sue domus huiusmodi ad populum siue turbam.*

*§. 3. Necnon Prioratum siue domum huiusmodi cū  
eisdem fratribus, & conversis & personis in ea degenti-  
bus præsentibus & posteris, cum omnibus membris, nec  
non bonis mobilibus, & immobilibus ipsius domus, siue  
Prioratus, ad domum siue Prioratum huiusmodi, tam ra-  
tione domus siue Prioratus, quam personarum huiusmo-  
di quomodolibet pertinentibus, & deuolutis, & deuol-  
endis pro tempore, ab omni superioritate, dominio &  
potestate Prioris generalis dicti Ordinis Fratrum Ere-  
tarum, necnon Episcopi existentis pro tempore, ac dile-  
ctorum filiorum Capituli Senensis, ac quorumlibet alio-  
rum Superiorum, secularium, & regularium auctoritate  
prædicta profus eximimus, & totaliter liberamus. Ita  
quod Prior generalis, Episcopus, Capitulum, & alii Su-  
periiores prædicti nullam possint in eos visitationem,  
correctionem, vel aliam jurisdictionem exercere, sed  
nobis, & Apostolica Sedi immediate sine subiecti.*

*§. 4. Et insuper præsentibus adjicimus, quod ipsi Ca-  
nonici, seu fratres qui regulare vitam corundem Ca-  
nonicorum regularium pro tempore professi fuerint, &  
sub eadem obseruantia regulari dictorum Canonicorum  
regularium, pro tempore in domo huiusmodi residebunt  
possint quiesceas opportunitate fuerit, ramen juxta eadem  
regularia instituta Canonicum regularium, idoneum  
fratrem, etiam eiusdem Ordinis professorem, in Priorem  
eorum, & eiusdem domus eligere.*

*§. 5. Qui tamen postquam electione de se factæ præ-  
stiterit consensum, Diœcenso loci vel ejus Vicario in  
spiritualibus generali qui erit pro tempore, per Electro-  
res huiusmodi dunxat debeat reuerenter, & humiliter  
præsentari. Quique postquam taliter præsentatus exti-  
terit, censeatur eo ipso à sede præfata confirmatus, & ex  
tunc dictum Prioratum in eisdem spiritualibus, & tem-  
poralibus liberè, & licet valeat gubernare.*

*§. 6. Qui quidem Prior semper uno anno completo  
intelligatur absolutus, nisi tunc per maiorem partem eo-  
rundem fratru[m] domus prædictæ in electione dicti Prioris  
vocem habentium determinatum fuerit, ipsum Priorem  
in dicto debere Prioratus officio domus eiusdem ulte-  
rius remanere. Quodque dicta domo Prioris solatio  
destituta*

*Regulus pu-  
blici Notarii  
de predicio  
instrumento.*

*D. P. A. 1. die  
27. Iun.*

destituta per mortem Prioris ejusdem, vel aliquo alio causa eadem vacatio contingente, quod durante vacatio ne huiusmodi, praedictum officium per antiquorem fratrem dictum domum in sacerdotio constitutum exerceatur, quoque nova electio alterius Prioris juxta praesatum modum fiat, & ad effectum debitum perducatur.

§. 7. Volentes etiam, & auctoritate praefata concessione eisdem Priori, & fratribus, sive Canonicis, conversis, & personis quos pro tempore in domo huiusmodi residere contigerit, ut praefertur, quod ipsi potiri, & gaudere possint, & debeant libere & absolute omnibus privilegiis, indulgentiis, gratiis, exemptionibus, & libertatis suis eis hactenus ac Ordini fratrum Eremitarum, & Canonicis regularibus huiusmodi, ac monastorii, & locis eorum, tam per Sedem praefatam, quam per alios quoscumque concessis, & quibus ipsi fratres Ordinis Eremitarum, ac ceteri Canonici regulares, ac corum domus, Monasteria, & loca quomodolibet potiuntur, & gaudent.

§. 8. Et insuper volumus & ordinamus quod Ven. frater noster Antonius Episcopus Bononiensis Camerarius, ac dilecti filii Gabriel electus Senensis Thesaurarius noster, necnon Joannes electus Ragusinus, eisdem Priori & fratribus sive Canonicis conversis & personis, de conventibus constitutionibus, & norma vivendi pro conservatione Prioris & fratum, sive Canonicorum, converorum & personarum praedictorum provideant, & omnia alia & singula faciant, ordinent & disponant in praemissis & circa ea, prout eis vobis fuerit expedire.

§. 9. Decernentes ex nunc irritos & inanes omnes processus, ac excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, si quos forsitan circa haec quacumque auctoritate contigerit promulgari, & etiam ex nunc ratus & firmum motu similiter habemus quidquid per eosdem Camerarium, Thesaurarium & Electum Ragusinum in praemissis & circa ea dispositum fuerit, seu quomodolibet ordinatum. Nulli ergo, &c. Si quis, &c.

Dat. Luca Nonis Aprilis, Pontificatus nostri Anno II.

Approbatio regularis vitæ Fratrum Eremitarum S. Hieronymi de Fesulano, cum facultate venientes ad eam recipiendi, ex Indulto Innocent. V I I.

Horum fratrum Congregatio stabilita fuit sub denominatione S. Hieronymi de Fesulano, & sub regula S. Augustini, ab Eug. IV. qui munus & electionem Pralatorum d. Congregationis prefinit, ut infra in illius const. 21. Super.

D. G R E G O R I V S E P I S C O P U S, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

S. Acrum nonnullorum fratrum Eremitarum, fratrum S. Hieronymi nuncupatorum, loci ejusdem, scilicet Fesulan. Ordinem, quem evidens ex eo utilitas Deo vere volentium proveniens, perhibet approbatum, ampliari patimur, & ut ad bonam ampliationem perveniat, cum à nobis petitur, favorem Apostolicae Sedis, & gratiam impartimur.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Innocentio Pap. VII. praedecessori nostro pro parte dilectorum filiorum Caroli, quondam Antonii Comitis Montis granelli nati, Presbyteri Sarcenatensis dicēcessis, & nonnullorum eius sacerorum exposito, quod ipsi de vita Eremitica, quam zelus viræ mundanis abjectis illecebris amplexatam aliquando duxerant, ad frugem vitæ melioris aspirantes, in humilitatis spiritu, & paupertate desiderauerant sub aliqua regulari obseruantia virtutum Domino famulari, ac propterea supplicato ut eos qui numero duodecim, vel circa fuerint, in huiusmodi laudabili proposito confouere de benignitate Apostolica dignaretur.

§. 2. Idem praedecessor cupiens huiusmodi eorum propositorum ad laudem divini nominis adimpleri, Carolo & sociis antedictis, ut ipsi in aliquo loco sive fide-

lum largitione dato, vel tanto vitam huiusmodi sub regula secundum constitutiones S. Hieronymi dicere, & regularem professionem juxta regulam, & constitutiones huiusmodi, emiserat, liberè, & licite valerent, auctoritate Apostolica concerit.

§. 3. Ipsoque praedecessore, sicut Dominus placuit, super huiusmodi concessione gratia literæ non concessis sublati de medio. Neq; divina, fauente clementia ad apicem summum Apostolatus assumpti, nam Carolus & socii huiusmodi concessionis frustrarentur affectu, voluntatis, & Apostolica auctoritate decrevimus quod concessio ipsa perinde à die date ipsius concessoris valeret, & plenam obvineret roboris firmamentum, si super ea, ejusdem praedecessoris literæ sub ipsiusmodi data concessione suffissent, quodque nostra literæ ad eum plenam concessionem huiusmodi, vbiq; libenter, nec ad id alterius probationis administrulum requireretur.

§. 4. Et nihilominus, quod quidam locutus est post confessionem huiusmodi in Civitate Fesulana ad locum cognitum & honestus, in quo idem Carolus & fratres ejus loca ultra numerum praedictum secundum regulam, & instituta praefata, regulari professionem per huiusmodi fratres Eremitas emititi conlecta, emiserunt primo, & nunc siue eis plura alia, loca possessiones & bona dicta largitione donata fuerunt, nos dicta loca possessiones & bona vobisq; consistentes, quæ tunc eisdem Carolo & sociis largitione praefata donata fuerunt, habentes pro sufficienter expressis, ac donationes & professionem praedictas, & etiam illorum ultra praefatum numerum professorum ratas & gratas habentes, auctoritate Apostolica confirmamus, supplentes omnes defectus, si quis forsitan interuenisset quomodolibet in eisdem, prout in nostris inde concessis literis plenius continetur.

§. 5. Quare iidem Carolus & fratres, qui in humiliatis spiritu quantum eis permitit humana fragilitas ambulantes, diuina mansuetudine suffragante quamplurimos eligentes secum, pompis mundanis abjectis, circa diuina obsequia finire labiles dies suos, dietum inueniunt, nobis humiliter supplicarunt, quatenus eis & successoriis eorum, duo alia loca ultra obtenta, ac quocumque ad eos venire, & ipsorum habitum assumeré, professionem secundum instituta praefata in eisdem locis emittere volentes recipiendi, eaque cum cœmeteriis pro se ipmis dumtaxat habere libere, & licite possint, licentiam concedere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 6. Nos qui cultum diuinum nostris cupimus temporibus adaugeri, huiusmodi supplicationibus inclinati, duo alia loca ultra quæ in praesentiarum habent, cum omnibus iuribus, pertinentiis suis eisdem Carolo, & fratribus alias canonice concedantur, vel eos illa alias justo titulo contingat adipisci; necnon quoscumque ad ipsos venire, pompis mundanis abjectis, divina gratia suadente habitum assumeré, & professionem per fratres praedictos emitiri consuetam, emittere volentes, recipiendi, & admittendi in eisdem solummodo locis, ac cœmeteria in locis ipsis pro eis dumtaxat habendi, juribus parochialium & aliarum, quacumque Ecclesiarum in omnibus alijs semper salvis, eisdem Carolo & fratribus, & successoribus eorum in Fesulano, & aliis locis praedictis, auctoritate Apostol. tenore praesentium facultatem & licentiam elargimur.

§. 7. Non obstante tam fel. rec. Bonifacii PP. viii. praedecessoris nostri, prohibente ne fratres Ordinum Medicantium loca de novo recipere, aut recepta mutare præsumant, absque dicta Sedis licentia speciali faciente plenam & expressam de prohibitione huiusmodi mentionem, quam aliis constitutionibus Apostolicis contraria, quibuscumque Nulli, &c.

Dat. in Castro Montiforum Ariminum, dicēcessis, viii. Idus Iulii, Pontificatus nostri Anno nono.